ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. fGB 713

Gisewj[illegible]

Roma, 17 luglio 1962

Curia Generalizia - Roma

(Arch. Lomasco)

J. IJsewijn
Via delle Clarisse 8
PERUGIA

Romae, 17 iulii 1962.

Carissime Pater!

Feriae nostrae Romanae, quae erant iucundissimae, ad finem vergunt. Die 20a huius mensis Perusiam proficiscemur, qua in urbe per XV fere dies manebimus. Vade domum! Fervens enim Italiae caelum aestivum ~~nos~~ sensim sine sensu, sed in dies magis nos homines septentrionales suffocat.

Die octavo (8) augusti Parmâ proficiscemur ad oppidulum Helveticum Faido, non longe a Sancto Gotthardo situm. Itaque circa meridiem Comi erimus et, si te videre poterimus, valedicere iuvabit antequam Italiam post tergum relinquamus. Certiorem igitur me fac futurusne sis illo die in collegio Gallio! Ceterum saluta ex animo duces nostros iuvenes familiamque tibi amicam, quae nos tam laute excepit.

Optima tibi sit valetudo optamus mensque omni aegritudine libera! Vale et nostri memor vivas!

[illegible signature]

Romae 17 iulii 1962

Carissime Pater,

Feriae nostrae romanae, quae erant iucundissimae, ad finem vergunt. Die 20 huius mensis Perusiam proficiscemur, qua in urbe per XV fere dies manebimus. Inde domum! Fervens enim Italiae caelum aesturum sensum sine sensu, sed in dies magis nos homines septemptrionales suffocat.

Die octavo augusto Parla proficiscemur ad oppidulum helveticum Faido, non longe a sancto Gotthardo situm. Itaque circa meridiem Comi erimus et, si te videre poterimus, valedicere iuvabit antequam Italiam post tergum relinquamus. Certiorem igitur me fac futurusne sis illo die in collegio Gallio. Ceterum saluta ex animo duces nostros iuvenes familiamque tibi amicam, quae nos tam laute excepit.

Otima tibi sit valetudo optamus mensque omni aegritudine libera. Vale et nostri memor vivas.

J. Jisewin